

SUSPIRIUM ERKEMBALDI

Seu soliloquium et oratio ad Deum qua utebatur quoties cantantes in ecclesiis audivit.

Domine, qui es omnium qui tui esse contendunt, quem omnis amat, qui scit; et non amat qui nescit; et nescit, qui non amat. Da mihi, ut nesciam me; te autem sciam et amem. Velim, Domine, scire, quid sit, *Lætentur cæli, et exsultet terra*, ac sequentia. Quid aliud, lætentur cæli, nisi exsultent justii? Scriptum est: *Lætumini in Domino, et exsultate, justii.* Gaudeant justii, fleant injustii. Quid ego? Lætor, an fleo? Non lætor, quia non cælum. Si cælum essem, gauderem. Cum autem me dejiciam; dilacerem, et in nihilum redigam, *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, tu elevas, et consolaris, et dicis: *Exsultet terra.* Gratias ago. Scio, terra sum; sed tu potes facere cælum. Sat mihi, *Exsultet terra*, dixisti, *lætentur cæli.* Adjunxisti, *et exsultet terra*, lætificasti cælos, consolatus es terram. Dixi, non lætor. Peccator hoc dixi, de meo dixi; sed de tuo dicis *Exsultet terra*, et quoniam *tuum* lætificasti, *meum* mentiar, et exsultem. Exsultem autem te quia propter te, et in te gaudeam. Tu ipse scis si *meum*.

A Quid scis? Quando me agnosco, ingemisco, aut fleo: quando te agnosco, resipisco et respiro. Me *meum* contristat, movet ac perturbat: *tuum* consolatur, stabilit, lætificat. Per me cado; per te me resurrecturum scio. Quia me casurum sejo, non lætor cælum, quod est firmamentum, quia me resurrecturum spero. *Exsultet terra*, quæ est lutilatio, dicat propheta, dicat psalmista, et nos dicamus: *Lætentur cæli, exsultet terra.* Si arbiter cæli vult, cur non *exsultet terra*? *Exsultet terra*, quod sibi vult? *Jubilate, montes, laudem.* Non jubilo, non laudo. Cur? Quia non sum mons, vallis sum, peccator sum. Dixit mihi Deus, *Quare enarras justitias meas et assumis testamentum meum per os tuum?* At quoniam præcipitur, *omnis spiritus laudet Dominum; et quia Dominus veniet, et pauperum suorum miserebitur* jubilo, et laudo, atque non obliviscor ejus illud, *miserebitis Dei.* Fletum, peccatum, risum fecit mihi Deus.

ERKEMBALDI POEMATIA.

Epigramma.

A nobis oculus juste liber iste vocatus
Segnibus, ac pigris plurima clausa videt.

Tetrastichon.

Verax vir gaude virtutum stemma tuarum
Tu securus eris, quia certo calle viabis:
At qui mentiris cito post factum capieris,
Fallens fallaci sis fando fame fallax.

LEGES MUNICIPALES

QUAS

ARGENTINENSI CIVITATI DEDIT ERKEMBALDUS.

(Grandidier, *Hist. de Strasbourg.*)

HÆC SUNT JURA ET LEGES CIVITATIS ARGENTINENSIS DE PACE IN CIVITATE TENENDA
ET NE PREDAM VEL FURTUM INTRODUCATUR.

I. Ad formam aliarum civitatum in eo honore C in eum manum mittat: obediens tamen et paratus
condita est Argentina, ut omnis homo tam extraneus quam indigena pacem in ea omni tempore et
ad justitiam existat.

II. Si quis foris peccaverit et ob culpæ metum in
eam fugerit, securus in ea maneat. Nullus violenter

III. Nemo predam, aut furtum in eam inducat, vel
conservare audeat, nisi redditurus rationem omni
querenti.

(1) Le code du XII^e siècle, la traduction allemande,
ainsi que l'édition latine de Schiller ajoutent que la
ville de Strasbourg fut bâtie à l'exemple des autres

IV. Nullus captivum introducat, nisi presentet
villes pour être ville libre: *In eo honore condita est
Argentina, ut libera civitas sit, eo quod omnis ho-
mo, etc.*